

# BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

## OBISPADO DE OSMA.

Se publica en dias indeterminados, en medio, uno ó mas pliegos. Cada tres de estos cuestan dos reales. Toda reclamacion se dirigirá: *A la Secretaria de Cámara y Gobierno del Obispado de Osma.*

### OBISPADO DE OSMA.

En el diploma de licencias para administrar el Sacramento de la Penitencia que se expide en este Obispado, se citan las Constituciones Pontificias *Universi Dominici gregis* De Gregorio XV, *Sacramentum Pœnitentiæ*, comprensiva y ampliativa de esta, de Benedicto XIV, *Apostolici muneris*, aclaratoria de la anterior del mismo Papa, y *Ubi primum* y *Apostolici Ministerii*, tambien del mismo, Pontífice. Suponiendo que una gran parte de los confesores no tienen el texto de estas Constituciones; y siendo preciso que las lean con atencion y las observen con cuidado, como expresamente lo manda, respecto de las dos primeras, Benedicto XIV en el párrafo 6.º de la suya «*Sacramentum Pœnitentiæ*», hemos creido oportuno reimprimir íntegras las tres primeras, y los párrafos estritamente necesarios de las otras dos.

Burgo de Osma 14 de Mayo de 1872.

Pedro María, OBISPO DE OSMA.

Confirmatio et ampliatio Constitutionis Pii IV editae contra Sacerdotes in confessionibus sacramentalibus poenitentes ad turpia sollicitantes.

# GREGORIUS PAPA XV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Universi Dominici gregis curam, quamquam immetiti, cœlesti dispositione gerentes, sedulo invigilare renemur, ut ab omnibus pravis contagiis conservetur Proæmium.





immunis, multoque majori studio providere, ut omnis pestis ab iis avertatur, quibus alios sanandi officium est commissum, ne quod evangelica scripta nos admonent, sale infatuato, non sit in quo saliat, et ad nihilum prosit ultra, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus.

Pontifices contra confessarios, sollicitantes ad turpia pœnitentes leges indixerunt.

§. 1. Quoniam autem à Romanis Pontificibus, prædecessoribus nostris, quibusdam in locis provisum fuit ut impium ac nefandum scelus, quod non solum inter christifideles non esse, sed nec etiam nominari debet, procul ab iis arceatur, videlicet, ut aliquis sacerdos, ad sacras audiendas confessiones deputatus, sacrosancto Pœnitentiæ sacramento, sollicitando pœnitentes ad turpia, abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aspidem porrigat, et ex cælesti medico infernalis veneficus, ex patre spirituali proditor execrabilis animarum reddatur; idcirco Nos ea, quæ his perniciosissimis diaboli insidiis arcendis certis locis salubriter constituta sunt, ut nullibi desiderentur, quantum ex alto conceditur, providendum duximus.

Pius IV suam de super edidit citatam Constitutionem.

§. 2. Alias siquidem à felicis recordationis Pio Papa IV prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subsequentis, videlicet:

Quidam sacerdotes, abutendo sacramento Pœnitentiæ, mulieres in actu confessionis ad actus inhonestos provocant

«Pius Papa IV Venerabili Fratri Archiepiscopo Hispalensi-  
«in Regnis Hispaniarum hæreticæ pravitatis Inquisitori gene-  
«rali. Cum, sicut nuper, non sine animi nostri molestia, acce-  
«pinus, diversi Sacerdotes in regnis Hispaniarum, atque etiam  
«in eorum civitatibus et diocesisibus curam animarum habentes,  
«sive eam pro aliis exercentes aut alias audiendis confessionibus  
«pœnitentium deputati, in tantam proruperint iniquitatem ut  
«sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confessiones abutantur:  
«nec illi et, qui id instituit, Domino Deo et Salvatori nostro  
«Jesu-Christo injuriam facere vereantur; mulieres videlicet pœ-  
«nitentes ad actus inhonestos, dum earum audiunt confessiones,  
«alliciendo et provocando, seu allicere et provocare tentando et  
«procurando, ac loco earum per sacramentum hujusmodi Crea-  
«tori nostro reconciliationis, graviore peccatorum mole eas one-  
«rando, et in manibus diaboli tradendo, in divinæ Majestatis  
«offensam et animarum perniciem et christifidelium scandalum  
«non modicum.

Contra quos ab Inquisitoribus pravit. hæreticæ inquiri decernit Pontifex.

«§. 1. Nos, in animum inducere nequeantes quod qui de fide  
«catholica recte sentiunt, Sacramentis in Ecclesia Dei institutis  
«abutantur aut illis injuriam faciant, fraternitati tuæ, de cujus  
«eximia pietate, virtute atque doctrina plurimum in Domino  
«confidimus, per præsentem committimus, et mandamus quate-  
«nus per te, vel per alium seu alios à te deputandum seu depu-



«tandos, contra omnes et singulos sacerdotes dictorum regno-  
 «rum, ac illarum civitatum et diœcesum de præmissis quo-  
 «modolibet diffamatos, tam sæculares, quam quorumvis, etiam  
 «exemptorum ac Sedi Apostolicæ immediate subjectorum, Or-  
 «dinum regulares, cujuscumque dignitatis, status, gradus,  
 «ordinis, conditionis et præeminentiæ existant, tam super præ-  
 «missis, quam super fide catholica et quid de ea sentiant  
 «diligenter inquiras, et juxta facultatum tibi contra hæreticos  
 «aut de hæresi quovis modo suspectos à Sede Apostolica con-  
 «cessarum continentiam et tenorem procedas, ac culpabiles re-  
 «pertos, juxta excessuum suorum qualitatem, prout juris fuerit  
 «punias, eos etiam, si et prout de jure fuerit faciendum, debita  
 «præcedente degradatione, sæcularis judicis arbitrio puniendos  
 «tradendo.

«§. 2. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apos- Contrariis dero-  
 «tolicis, ac ecclesiarum et monasteriorum, necnon Ordinum quo- gat  
 «rumlibet, quorum ipsi sacerdotes fuerint, etiam juramento,  
 «confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis,  
 «statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et li-  
 «teris apostolicis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac  
 «cum quibusvis clausulis et decretis etiam motu proprio aut  
 «alias quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis  
 «et innovatis, quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pro  
 «expressis habentes, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse  
 «derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

«Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Pesca-  
 «toris, die decimasexta aprilis, millesimo quingentesimo sexa-  
 «gesimo primo, pontificatus nostri anno II.»

§. 3. Igitur, ut litteræ prædictæ perpetuis futuris Hic Pontifex il-  
 temporibus, et ubique locorum inviolabiliter observentur, lam præcipit in-  
 motu proprio et ex certa scientia, ac matura deliberatione violabiliter obser-  
 nostra, ac de consilio Venerabilium fratrum nostrorum vari.  
 S. R. E. cardinalium contra hæreticam pravitatem ge-  
 neralium inquisitorum, præinsertas litteras hujusmodi,  
 ac omnia et singula in eis contenta, apostolica auc-  
 toritate, tenore præsentium, approbamus et confirmamus,  
 illisque omnibus et singulis inviolabilis apostolicæ fir-  
 mitatis robur adjicimus, illasque non solum in prædictis  
 Hispaniarum regnis, sed in quibusvis christiani orbis  
 partibus firmiter et inviolabiliter observari præcipimus  
 et mandamus.

§. 4. Ac præterea, ne in futurum de poena his delin- Immo plenius  
 quentibus imponenda, et de modo contra eosdem proceden- contra hujusmodi  
 di aliquo modo dubitari possit, statuimus, decernimus et sollicitantes in  
 declaramus, quod omnes et singuli sacerdotes, tam se- confessionibus et  
 culares, quam quorumvis etiam quomodolibet exempto- earum occasione  
 rum, ac Sedi Apostolicæ immediate subjectorum ordi- disponit.



num, institutorum, societatum et congregationum regulares, cujuscumque dignitatis et præeminentiæ, a ut quovis privilegio muniti existant, qui personas, quæcumque illæ sint, ad inhonesta, sive inter se sive cum aliis quomodolibet perpetranda, in actu sacramentalis confessionis, sive antea vel post immediate, seu occasione vel prætextu confessionis hujusmodi etiam ipsa confessione non sequuta, sive extra occasionem confessionis in confessorario, aut in loco quocumque, ubi confessiones sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos et inhonestos sermones sive tractatus habuerint, in officio sanctæ inquisitionis severissime, ut infra, puniantur. Et præterea omnes pravitatis hæreticæ inquisitores et locorum Ordinarios omnium regionum, provinciarum, civitatum, dominiorum, et locorum universi orbis christiani, in suis quemque diocesis et territoriis, per has nostras litteras, etiam private quoad omnes alios, specialiter ac perpetuo iudices delegamus, ut super his contra prædictos, simul vel separatim, in omnibus prout in causis fidei (juxta sacrorum canonum formam nec non officii inquisitionis hujusmodi constitutiones, privilegia, consuetudines et decreta) diligenter inquirent et procedant; et quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos, pro criminum qualitate et circumstantiis, suspensionis ab executione ordinis, privationis beneficiorum, dignitatum et officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis activæ et passivæ, si regulares fuerint, exilii, damnationis ad triremes et carceres etiam in perpetuum, absque ulla spe gratiæ, pœnas decernant, eos quoque, si pro delicti enormitate graviores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione, curiæ sæculari puniendos tradant,

Cardinalibus  
inquisitoribus generalibus  
arbitrium circa probationes et pœnas concedit.

§. 5. Dantes etiam facultatem venerabilibus Nostri S. R. E. Cardinalibus generalibus inquisitoribus (ne delictum tam enorme, et Ecclesiæ Dei tam perniciosum, remaneat obprobationum defectum, impunitum, cum difficilis sit probationis) testibus etiam singularibus concurrentibus, præsumptionibus, indiciis et



aliis adminiculis, delictum probatum esse arbitrio suo judicandi, et curiæ seculari, ut præfertur, reum tradendum esse pronunciandi.

§. 6. Non obstantibus omnibus, quæ dictus prædecessor in suis litteris prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Obstantia tolluntur.

§. 7. Mandantes omnibus confessariis, ut suos penitentes, quos noverint fuisse ab aliis ut supra sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu, ut præfertur, inquisitoribus, seu locorum Ordinariis prædictis: quod si hoc officium prætermiserint, vel penitentes docuerint non teneri ad denunciandum confessarios sollicitantes seu tractantes ut supra, iidem locorum Ordinarii et inquisitores illos pro modo culpæ punire non negligant. Confessarii scientes ab aliis penitentes fuisse sollicitatos, moneant eos, ut inquisitoribus vel Ordinariis denuncient.

§. 8. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio et extra ubique habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Transumptis credendum.

§. 9. Quodque eadem præsentis litteræ seu illarum exempla ad valvas basilicarum S. Joannis Lateranensis ac Principis Apostolorum de Urbe et in acie Campi Floræ affixæ omnes ita arcent et afficiant, ac si unicuique personaliter intimatæ fuissent. Publicatio in Urbe omnes afficit.

Datum Romæ, apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die XXX augusti MDCXXII, pontificatus nostri anno II.

### INNOVANTUR

poenæ adversus confessarios, qui poenitentes ad turpia sollicitant; cum præcepto hujusmodi denunciandi, et reservationem absolutionis quoad calumniatores. Adimitur præterea Sacerdotibus facultas Sacramentum Poenitiæ administrandi complicibus in peccato contra castitatem, cum poenis etc.

**BENEDICTUS EPISCOPUS**

**SERVUS SERVORUM DEI**

*Ad perpetuam rei memoriam.*

SACRAMENTUM Poenitiæ, quam secundam post Exordium a fine instituti a D eo



Pœnitentiæ Sa-  
cræ nenti. naufragium deperditæ gratiæ tabulam Sancti Patres

apte nuncuparunt. Nos licet immerentes ad universi  
Dominici Gregis curam superna dispositione vocati,  
omne studium et Pastoralem sollicitudinem adhibere  
tenemur, ne quod post amissam Baptismi innocentiam  
datum est divina benignitate perfugium, per dæmo-  
num fraudem, et hominum Dei beneficiis perverse u-  
tentium malitiam, naufragis, ac miseris peccatoribus  
luctuosum evadat exitium, et quod in salutem, et  
curationem Animarum, a Deo, qui dives est in mi-  
sericordia, institutum est, execrabili scelestorum quo-  
rundam Sacerdotum improbitate, in earum perniciem,  
atque interitum vertatur.

Constitutio Gre-  
gor. XV. contra  
confessarios so-  
licitantes ad tur-  
pia.

§. I. Dudum quidem a fel. recor Gregorio Papa  
XV. Prædecessore Nostro per suas literas in forma  
Brevium sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Ma-  
jorem die XXX Augusti MDCXXII. Pontificatus sui  
anno secundo, sapienter provisum fuit contra quos-  
cumque Sacerdotes audiendis Confessionibus deputa-  
tos, ad turpia, et inhonesta sollicitantes; et deinceps  
sucessivis temporibus ad earum literarum interpreta-  
tionem ac declarationem, plura subinde à Congrega-  
tione Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Ro-  
manæ Ecclesiæ Cardinalium adversus hæreticam pra-  
vitatem generalium Inquisitorum sub die XI mensis  
Februarii anno Domini MDC LXI. prodierunt decreta,  
et à rec. mem. Alexandro PP. VII. pariter Prædece-  
ssore Nostro in Congregatione Generali Sanctæ Ro-  
manæ Universalis Inquisitionis die XXIV. Septembris  
MDC LXV. coram eo habita, inter alias ab Evangelica  
veritate, et Sanctorum Patrum doctrina alienas, et  
dissonas propositiones, sexta videlicet, et septima, huc  
revocandæ, damnatæ et prohibitæ fuerunt; Nos itaque  
mature perpendentes quanti momenti sit ad æternam  
animarum salutem ea ubique exacte observari, et quanti  
ad infirmas oves curandas, et decorem Sanctæ Eccle-  
siæ Dei retinendum intersit, ne aliqui Sacerdotes Pœ-  
nitentiæ Sacramento nefarie abutentes, pœnitentibus  
pro curatione vulnus, pro pane lapidem, pro pisce  
serpentem, pro medicina venenum porrigant, sed animo  
secum recolentes, se à Christo Domino Præsides, et  
Judices animarum constitutos, ea sanctitate, quæ

Declarationes  
Congregationis  
Sancti Officii.

Propositiones in  
hac materia dam-  
natæ ab Alexan-  
dro VII.

Prædicta om-  
nia confirmantur,  
et innovantur.



sablimitati, ac dignitati muneris convenit, tam venerandum Sacramentum administrent: Motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostra, præfatas literas hujusmodi, ac omnia et singula decreta prædicta ad illarum interpretationem, et declarationem emanata, Apostolica Auctoritate tenore præsentium approbamus et confirmamus, illisque omnibus, et singulis inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; atque etiam, quatenus opus sit, denuo committimus, et mandamus omnibus hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, et Locorum Ordinariis omnium Regnorum, Provinciarum, Civitatum, Dominiorum, et Locorum universi Orbis Christiani, in suis respectivis Diocesisibus, ut diligenter, omnique humano respectu postposito, inquirent, et procedant contra omnes, et singulos Sacerdotes tam sæculares, quam regulares quomodolibet exemptos, ac Sedi Apostolicæ immediate subjectos, quorumcumque Ordinum, Institutum, Societatum et Congregationum, et cujuscumque Dignitatis, et Præeminentiæ, aut quovis privilegio et indulto munitos, qui aliquem pœnitentem, quæcumque persona illa sit, vel in actu Sacramentalis Confessionis, vel ante, vel immediate post Confessionem, vel occasione, aut prætextu Confessionis, vel etiam extra occasionem Confessionis in confessionali, sive in alio loco ad Confessiones audiendas destinato, aut electo, cum simulatione audiendi ibidem Confessionem, ad inhonesta, et turpia sollicitare vel provocare, sive verbis, sive signis, sive nutibus, sive tactu, sive per scripturam, aut tunc, aut post legendam, tentaverint, aut cum eis illicitos, et inhonestos sermones, vel tractatus temerario ausu habuerint; et quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, et circumstantiis, severe animadvertant, per condignas pœnas, juxta memoratam Gregorii Prædecessoris Nostri Constitutionem, quam hic de verbo ad verbum pro inserta haberi volumus: Dantes etiam, si opus sit, et rursus concedentes facultatem, ne delictum tam enorme, et Ecclesiæ Dei injuriosum, remaneat, ob probationum defectum, impunitum, jam alias in præfata Constitutione tributam, procedendi cum testibus etiam singularibus, dummodo præsumptiones, indicia et alia

Cum præcepto Inquisitoribus, et Ordinariis exequendi omnia, et singula in eisdem contenta.



adminicula concurrant

Confessarii injungant pœnitentibus ab aliis sollicitatis, ut sollicitantes denuncient.

§. 2. Meminerint præterea omnes, et singuli Sacerdotes ad confessiones audiendas constituti, teneri se, ac obligari, suos pœnitentes, quos noverint fuisse ab aliis, ut supra, sollicitatos, sedulo monere, juxta occurrentium casuum circumstantias, de obligatione denunciandi Inquisitoribus, sive Locorum Ordinariis prædictis, personam, quæ sollicitationem commiserit, etiamsi Sacerdos sit, qui jurisdictione ad absolutionem valide impertiendam careat, aut sollicitatio inter confessarium et pœnitentem mutua fuerit, sive sollicitationi pœnitens consenserit, sive consensum minime præsterit, vel longum tempus post ipsam sollicitationem jam effluxerit, aut sollicitatio à confessario, non pro se ipso, sed pro alia persona peracta fuerit. Caveant insuper diligenter confessarii, ne pœnitentibus, quos noverint jam ab alio sollicitatos, sacramentalem absolutionem impertiant, nisi prius denunciationem prædictam ad effectum perducentes, delinquentem indicaverint competenti Judici, vel saltem se, cum primum poterunt, delaturos spondeant, ac promittant.

Denegando absolutionem nisi paruerint, aut parere promiserint.

Calumniatores extra mortis articulum privantur beneficio absolutionis, quæ Summo Pontifici reservatur.

§. 3. Et quoniam improbi quidam homines reperiuntur, qui vel odio, vel ira, vel alia indigna causa commoti, vel aliorum impiis suasionibus, aut promissis, aut blanditiis, aut minis, aut alio quovis modo incitati, tremendo Dei judicio posthabito, et Ecclesiæ auctoritate contempta, innoxios Sacerdotes apud Ecclesiasticos Judices falso sollicitationis insimulant: ut igitur tam nefaria audacia, et tam detestabile facinus metu magnitudinis pœnæ coerceatur, quæcumque persona, quæ execrabili hujusmodi flagitio se inquinaverit, vel per se ipsam innocentes confessarios impie calumniando, vel sceleste procurando, ut id ab aliis fiat, à quocumque Sacerdote quovis privilegio, auctoritate, et dignitate munito, præterquam à Nobis, Nostrisque Successoribus, nisi in fine vitæ, et excepto mortis articulo, spe absolutionis obtinendæ, quam Nobis, et Successoribus prædictis reservamus, perpetuo careat.

Providentia Pontificis ulterius extenditur.

§. 4. Demum magnopere cupientes a Sacerdotalis judicii, et sacri tribunalis sanctitate omnem turpitudinis occasionem, et Sacramentorum contemptum et Ecclesiæ injuriam longe submovere, et tam exitiosa hujusmodi



mala prorsus eliminare, et quantum in Domino possumus, animarum periculis occurrere, quas sacrilegi quidam, dæmonis potius quam Dei ministri, loco eas per Sacramentum Creatori suo, ac nostro reconciliandi, majori peccatorum mole onerantes, in profundum iniquitatis barathrum nefarie submergunt, nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, et aliquorum in Theologia Magistrorum consilio desuper adhibito, accedentibus quoque iteratis plurium Episcoporum supplicationibus, hac Nostra in perpetuum valitura sanctione, quemadmodum à pluribus Episcopis per Synodales suas Constitutiones jam factum esse novimus, omnibus, et singulis Sacerdotibus, tam sæcularibus, quam regularibus cujuscumque Ordinis, ac Dignitatis, tametsi alioquin ad confessiones excipiendas approbatis, et quovis privilegio, et indulto, etiam speciali expressione, et specialissima nota, et mentione digno suffultis, Auctoritate Apostolica et Nostræ Potestatis plenitudine interdicimus, et prohibemus, ne aliquis eorum, extra casum extremæ necessitatis, nimirum in ipsius mortis articulo, et deficiente tunc quocumque alio Sacerdote, qui Confessarii munus obire possit, Confessionem Sacramentalem personæ complicitis in peccato turpi, atque inhonesto, contra sextum Decalogi præceptum commisso, excipere audeat, sublata propterea illi ipso jure quacumque auctoritate et jurisdictione ad qualemcumque personam ab hujusmodi culpa absolvendam; adeo quidem, ut absolutio, si quam impertierit, nulla, atque irrita omnino sit, tamquam impertita a Sacerdote, qui jurisdictione, ac facultate ad valide absolvendum necessaria privatus existit, quam ei per præsentem has Nostras adimere intendimus; et nihilominus, si quis Confessarius secus facere ausus fuerit, majoris quoque excommunicationis pœnam, a qua absolvendi potestatem Nobis solis, Nostrisque Successoribus dumtaxat reservamus, ipso facto incurrat.

§. 5. Declarantes etiam, et decernentes, quod nec etiam in vim cujuscumque Jubilæi aut etiam Bullæ quæ appellatur Cruciatæ Sanctæ, aut alterius cujuscumque Indulti, confessionem dicti complicitis hujusmodi quisquam valeat excipere, eique sacramentalem ab-

Adimit Sacerdotibus facultatem excipiendi confessiones complicitum in peccato turpi, et extra casum extremæ necessitatis.

Sub pœna nullitatis absolutio-

Et excommunicationis ipso facto incurrendæ, et Summo Pontifici reservatæ.

Etiam tempore Jubilæi etc.



solutionem elargiri; cum ad hunc effectum et in hoc casu, nullus confessarius, utpote qui in hujusmodi peccati, et pœnitentis genere, jurisdictione, ut præfertur, careat, et absolvendi facultate a Nobis privatus existat, habendas sit pro confessario legitimo et approbato. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, præsertim, quæ nuncupantur Cruciatæ Sanctæ, vel Jubilæi Universalis, et plenarii, necnon quibusvis ecclesiarum, et monasteriorum, et Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint, etiam juramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis etiam motu proprio, aut alias quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, et innovatis; quibus omnibus, eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Cum derogationibus necessariis et opportunis.

Dispositio præsentium Confessariis inculcanda.

§ 6. Volumus demum, ac præcipimus, ut omnes Locorum Ordinarii, tam præsentis, quam futuri pro tempore existentes, in approbatione confessariorum, tam prædictam Constitutionem Gregorii Prædecessoris, quam præsentem hanc Nostram, ab omnibus Sacerdotibus approbandis attente legi, et accurate observari curent, moneantque eos in Domino, atque hortentur ut Sacrum Ministerium ipsorum fidei commissum summa animi innocentia, morum puritate, iudicii integritate peragant, exhibeantque semetipsos, ut Ministros Christi, et Dispensatores Mysteriorum Dei. Memores præterea sint, se locum tenere, ac vices obire Summi, atque Æterni Sacerdotis, qui sanctus, innocens, impollutus, per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, ut emundaret conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi. Sedulo igitur studeant diligenterque caveant, ne quærentibus, et pulsantibus eorum culpa Cœlum claudatur; ne deperditæ oves ad Ovile Dominicum redire properantes, eorum manibus ferarum dentibus dilaniandæ tradantur; ne prodigi filii egentes et sauci, ad cælestem Patrem revertentes, nefaria eorum im-



probitate, gravioribus peccatorum vulneribus, dum adhuc in via sunt, confodiantur.

§. 7. Ut autem præsentēs Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, et nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, et Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancelariæ Apostolicæ, Curiaque Generalis in Monte citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est affigi, et publicari, sicque publicatas, et affixas, omnes et singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, et afficere, ac si unicuique eorum nominatim, et personaliter intimatæ fuissent; utque ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in iudicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ

Earundem publicationi in Urbe factæ vis personalis intimationis, transumptis vero fides in iudicio, et extra, tribuitur.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ voluntatis, sanctionis, præcepti, mandati et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo primo, kalendis Junii, Pontificatus Nostri anno I.

Sanctio.

Dat. die 1. Jun-  
1741.

X. Sub—Datarius

Pro D. Card. Passioneo

Cajetanus Amatus

VISA DE CURIA.

N. Antonellus.

J. B. Eugenius.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium,

Publicata die XVII ejusdem mensis et anni.



## DECLARATIO

Super Constitutione, quæ incipit: SACRAMENTUM PENITENTIÆ adversus solicitantes, anno MDC. CXLI edita.

## BENEDICTUS PAPA XIV.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Pontificis sollicitudo pro recta ecclesiasticarum rerum sacrarum pura illibataque penitus administratione intelligencia.

APOSTOLICI muneris partes in procuranda præcipue rerum sacrarum pura illibataque penitus administratione versari debere probe intelligentes, non modo et assiduis hortationibus, et justa, ubi res postulat legum severitate, ut ab ecclesiasticis quibusque Ministris sancta sancte tractentur, quantum cum Domino possumus, providere studemus; verum etiam leges ipsas, ne forte sinistris interpretationibus in alterutram extremam partem, aut immoderati rigoris, aut detestabilis laxitatis, perperam detorqueantur, opportune communire ac roborare pro earumdem tuendo vigore, cum occasio poposcerit, non prætermittimus.

Dubia excitata supersensu Constitutionis contra solicitantes.

§. I. Sane cum Nos alias per quamdam nostram Constitutionem, cujus initium est *Sacramentum Pœnitentiæ*, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragesimo primo, kalendis Junii Pontificatus Nostri anno primo editam, omnibus et singulis Sacerdotibus tam sæcularibus, quam regularibus interdixerimus, et prohibuerimus, ne aliquis eorum, extra casum extremæ necessitatis, nimirum in ipsius mortis articulo, et deficiente tunc quocumque alio Sacerdote, qui confessarii munus obire possit, confessionem sacramentalem personæ complicitis in peccato turpi atque inhonesto, contra sextum Decalogi præceptum commisso, excipere auderet, ita ut absolutio, si quam impertivisset, nulla, atque irrita omnino esset, tamquam impertita á Sacerdote, qui jurisdictione, et facultate ad valide absolvendum necessaria, ipsi per Nos vigore ejusdem Constitutionis adempta, privatus existeret, et alias prout in memorata Constitutione cujus tenorem præsentibus pro plene et sufficienter expresso et inserto haberi volumus, uberius dicitur contineri. Cum Nos subinde super ea dictæ Constitutionis parte, quæ mortis articulum respicit, dubitationes



quasdam exortas fuisse acceperimus, quarum resolutionem privato cujusque judicio relinquendam minime existimamus, ne lex incertis conjecturis et opinionibus jactata, in sensus a mente Nostra alienos forsitam distrahatur, ejusque vigor paulatim langueret atque enervetur.

§. 2. Hinc est, quod Nos omnem dubitandi rationem, quantum cum Domino possumus, de medio auferre cupientes, Motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, memoratam Constitutionem Nostram cum omnibus et singulis in ea contentis tenore præsentium, quatenus opus sit, confirmamus, illamque integre, penitus, et omnino, atque ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, et inconcusse observari præcipimus, et mandamus. Præterea, habita super his cum Venerabili Fratrem Nostro Vincentio, Episcopo Prænestino, S. R. E. Cardinali Petra nuncupato, Pœnitentiario Nostro Majori ac dilectis filiis Officii Pœnitentiariæ Apostolicæ Ministris, qui rem jussu Nostro mature perpenderunt, deliberatione, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, edicimus ac declaramus, eadem Constitutione singulis, ut supra, Sacerdotibus, quemadmodum interdictum non est in mortis articulo personam in prædicto turpi peccato complicem confitentem audire, atque ab hujusmodi quoque culpa rite contritam absolvere, deficiente tunc quocumque alio Sacerdote, qui confessarii munus obire possit, ita interdicti re ipsa et prohiberi prædicto modo tunc audire et absolvere, ut si alius aliquis Sacerdos non defuerit, etiamsi forte iste alius simplex tantummodo Sacerdos fuerit, sive alias ad confessiones audiendas non approbatus, possit nihilominus ipse Sacerdos simplex confessionem excipere ac absolutionem impertiri.

Constitutio confirmatur in omnibus.

Præsertim quoad prohibitionem absolvendi etiam in articulo mortis, ubi alius Sacerdos haberi possit.

§. 3. Porro, si casus urgentis qualitas, et concurrentes circumstantiæ, quæ vitari non possint, ejusmodi fuerint, ut alius Sacerdos ad audiendam constitutæ in prædicto articulo personæ confessionem vocari, aut accedere, sine gravi aliqua exortura infamia vel scandalo, nequeat; tunc alium Sacerdotem perinde haberi, censeri que posse, ac si revera abesset, atque deficeret,

Prohibitio remittitur si adsit infamiae aut scandali periculum.



ac proinde in eo rerum statu, non prohiberi socio criminis Sacerdoti absolutionem pœnitenti ab eo quoque crimine impertiri. Sciat autem complex ejusmodi Sacerdos, et serio animadvertat, fore se re ipsa coram Deo, qui irrideri non potest, reum gravis adversus prædictam nostram Constitutionem inobedientiæ, latisque in ea pœnis obnoxium, si prædictæ infamiæ, aut scandali pericula sibi ultro ipse confingat, ubi non sunt: imo intelligat teneri se graviter hujusmodi pericula, quantum in se erit, antevertere, vel remove, opportunis adhibitis mediis, unde fiat, ut alteri cuivis Sacerdoti locus pateat illius confessionis, absque ullius infamia vel scandalo, audiendæ. Ita enim ipsum teneri vigore memoratæ nostræ Constitutionis declaramus; et nunc quoque ita ipsi faciendum esse districte mandamus et præcipimus.

Quod tamen præverti, aut amoveri, jubetur.

Contravent. nihilominus in art. mortis valid. absolvunt.

§ 4. Quod si idem Sacerdos aut quovis modo sese nulla gravi necessitate compulsus ingesserit, aut, ubi infamiæ vel scandali periculum timetur, si alterius Sacerdotis opera requirenda sit, ipse ad id periculum averendum congrua mediâ adhibere de industria neglexerit, atque ita personæ in dicto crimine complicitis, eoque in articulo, ut præfertur, constitutæ sacramentalem confessionem excipere, ab eoque crimine absolutionem largiri, nulla, sicut præmittitur, necessaria causa cogente, præsumpserit; quamvis hujusmodi absolutio valida futura sit, dummodo ex parte pœnitentis dispositiones à Christo Domino ad Sacramenti Pœnitentiæ valorem requisitæ non defuerint; non intendimus enim pro formidando mortis articulo eidem Sacerdoti, quantumvis indigno, necessariam jurisdictionem auferre, ne hac ipsa occasione aliquis pereat: nihilominus Sacerdos ipse violatæ ausu ejusmodi temerario legis pœnas nequam effugiet; ac propterea latam in dicta Constitutione majorem excommunicationem, eodemque plane modo, quo ibidem decernitur, Nobis et huic Sanctæ Sedi reservatam incurret, prout illum eo ipso incurere declaramus, volumus atque statuimus. Non obstantibus omnibus et sigulis illis, quæ in præfata nostra Constitutione volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sed pœnas et censuras in Constit. latas incurunt.

Præsentium e-

§ 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium



Literarum transumptis seu exemplis, etiam impressis, <sup>xemplis auct. tri-</sup>  
 manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo per-  
 sonæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem  
 prorsus fides in judicio et extra illud ubique locorum  
 habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent  
 exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo <sup>Dat. die 8 Febr-</sup>  
 Piscatoris die 8. Februarii 1745, Pontificatus Nostri <sup>ar. 1745.</sup>  
 nanno V.

*D. Cardinalis Passioneus.*

### LITERÆ

jam editæ adversus confessarios exquirentes a pœnitentibus complicum nomina, confirmantur et  
 pœnæ in delinquentes statuuntur, cum præfinitione ordinis procedendi in hujusmodi causis.

**BENEDICTUS PAPA XIV.**

**SERVUS SERVORUM DEI,**

*Ad futuram rei memoriam.*

Ubi primum de perversa quadam, et absurda praxi <sup>Delatus alias in</sup>  
 in Sacramento Pœnitentiæ administrando apud non-<sup>Sacramento Pœ-</sup>  
 nullos confessarios in Portugalliæ, et Algarbiorum Reg-<sup>nitentiæ abusus.</sup>  
 nis introduci cæpta, non sine animi Nostri dolore, nun-  
 tium accepimus, . . . prætermittere  
 non potuimus, quin continuo datis ad Venerabiles Fra-  
 tres eorundem Regnorum, ac Ditionum Archiepisco-<sup>Literis Sanctis-</sup>  
 pos, et Episcopos Apostolicis Nostris Literis, remedium <sup>simi Domini, quæ</sup>  
 nascenti malo quam promptissime adhiberemus. Earum <sup>hic inseruntur,</sup>  
 vero Literarum . . . . . hic tenor erat: <sup>reprobatus fuerat.</sup>

«BENEDICTUS PAPA XIV.

«Venerabiles Fratres, salutem, et Apostolicam Benedictionem.

«Suprema omnium Ecclesiarum sollicitudo, et Divina Jesu-  
 christi omnium Pastorum Principis cujus vices plane imme-  
 rentes gerimus, charitas assidue urget Nos ut pro commissa  
 divinitus imbecillitati Nostræ universi Dominici gregis cura  
 semper advigilantes, periculis animarum, sicubi forte super-  
 impenderint, per omnes christiani Orbis Populos ac Nationes  
 opportune, quantum cum Domino possumus, occurramus, at-  
 que iis præcipue Regnis et Locis peculiari quodam Apostolicæ  
 Nostræ charitatis studio autoritatisque providentia consulamus,  
 in quibus, cum Fides, Religio, Pietas quam maxime floreant,



Relati abusus  
expositio.

«callidus humani generis hostis nocere fidelibus dum aperto  
«bello desperat, per insidias molitur, in Angelum scilicet sese  
«lucis transfigurans, et eminentia boni specie incautis illudens;  
«qua ex arte non minora sæpe animarum detrimenta, quam ex  
«aggresione manifesta, esse proventura nequissimus veterator  
«confidit. In harum autem fraudum numero computamus, quod  
«in florentissimis Portugalliæ et Algarbiorum Regnis et Ditioni-  
«bus, quibus Vos Antistites summa cum sacerdotalis virtute  
«vestræ commendatione præsidetis, et quibus pro singulari erga  
«Catholicam Ecclesiam, atque Apostolicam hanc Sanctam Se-  
«dem observantia meritæ debentur laudes, nuper evenisse non  
«sine ingenti animi nostri dolore cognovimus. Pervenit enim  
«haud ita pridem ad aures Nostras nonnullos istarum parti-  
«um confessarios salva zeli imagine seduci se passos, sed  
«à zelo secundum scientiam longe aberrantes, perversam quam-  
«dam et perniciosam praxim in audiendis Christifidelium confes-  
«sionibus, et in saluberrimo Pœnitentiæ Sacramento adminis-  
«trando, invehere atque introducere cæpisse; ut videlicet, si  
«forte in pœnitentes incidissent socium criminis habentes, ab  
«iisdem pœnitentibus socii hujusmodi, seu complicit nomen pa-  
«ssim exquirere; atque ad illud sibi revelandum non inducere  
«modo suadendo conarentur, sed quod detestabilius est, de-  
«nuntiata quoque, nisi revelarent, absolutionis sacramentalis  
«negatione, prorsus adigerent, atque compellerent; immo etiam  
«complicis ejusdem nedum nomen sed habitationis insuper  
«locum, sibi exigerent designari. Quam illi quidem intoleran-  
«dam imprudentiam tum procurandæ complicitis correctionis,  
«aliorumque bonorum colligendorum specioso pretextu colora-  
«re, tum emendicatis quibusdam Doctorum opinionibus defen-  
«dere non dubitarent; cum revera opiniones hujusmodi vel fal-  
«sas, et erroneas sequendo, vel veras, et sanas male applicando,  
«perniciem tan suis, quam pœnitentium animabus consciscerent;  
«ac sese præterea plurium gravium damnorum, quæ inde fa-  
«cile consecutura fore prævidere debuerant, reos coram Deo  
«æterno Iudice constituerent. Et vero jam secuta fuisse multa  
«ejusmodi damna infelici experientia compertum est: Nec fieri  
«potuit quin ea de causa et oblocutiones, et scandala, et  
«non Ministrorum tantum, sed sacri etiam ipsius ministerii  
«odium, et animarum ingens conturbatio in Populo fidei ex-  
«orta sint. Tristia Nos hæc nuntia cum accepimus, simul  
«audivimus contra exitialem hujusmodi abusum protinus jus-  
«ta indignatione pro numere suo commotos fuisse dilectos  
«Filiis Nostros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Nunum  
«a Cumba, in iisdem Portugalliæ et Algarbiorum Regnis Ge-  
«neralem Inquisitorem, et Thomam de Almeyda Patriarcham  
«Lisbonensem; atque utrumque sollicite gliscenti malo com-  
«pescendo, atque eradicando adlaborasse. Nos autem, ne in  
«tam gravi animarum discrimine ulla ex parte Apostolico Nos-  
«tro Ministerio deesse videamur, neve mentem hac super re  
«Nostram apud Vos obscuram et ambiguam esse sinamus, no-  
«tum Vobis esse volumus memoratam superius praxim pe-

Item Cardinalium  
Inquisitoris et  
Patriarchæ solici-  
tudes.

Pontifex dam-



«nitas reprobendam esse, eamdemque a Nobis per præsentem<sup>nat</sup> relatam pra-  
 «Nostras in forma Brevis Literas reprobari, atque damnari,<sup>xim.</sup>  
 «tamquam scandalosam et perniciosam, ac tam famæ proxi-  
 «morum, quam ipsi etiam Sacramento injuriosam, tendentem  
 «que ad sacrosancti sigilli<sup>2</sup> Sacramentalis violationem, atque  
 «ab ejusdem Pœnitentiæ Sacramenti tantopere proficuo, et ne-  
 «cessario usu fideles abalienantem. Eapropter, Venerabiles Fra-  
 «tres, quamquam de pastoralis vestra vigilantia nihil est quod<sup>Episcoporum di-</sup>  
 «dubitemus, Supremi tamen Officii quoque Nostri esse cen-<sup>ligentiam contra</sup>  
 «semus alacritatem ipsam vestram hac mentis Nostræ aper-<sup>eam excitat.</sup>  
 «ta significatione, et Apostolicis insuper hortationibus nostris  
 «intētius acuere, et excitare, ut pro se quisque vestrum op-  
 «portunioribus, quascumque prudentia suggesserit, initis ra-  
 «tionibus, et efficacioribus quibusque juris remediis, quoad  
 «opus fuerit, contra delinquentes Ministros adhibitis, noxiam  
 «hujusmodi novitatem strenue insectemini, ac pene nascen-  
 «tem opprimatis, neque patiamini traditis curæ vestræ ovi-  
 «bus ibi offendiculum parari, ubi salus à Christo posita est,  
 «ab eoque divinæ misericordiæ fonte illas averti, ac deter-  
 «reri, ad quem ab eodem Redemptore nostro ad abluendas,  
 «dealbandasque in sanguine suo animas amantissime invitan-  
 «tur. Interea dum a zelo vestro ac prudentia luculentiora Nobis  
 «certo pollicemur vestræ pietatis, et observantiæ argumenta,  
 «Apostolicam Benedictionem cum uberrima cœlestium charis-  
 «matum copia conjunctam Vobis, Venerabiles Fratres, ex animo  
 «impertimur. Volumus autem, ut præsentiam transumptis, sive  
 «exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subs-  
 «criptis, et sigilo personæ in Dignitate ecclesiastica constitutæ  
 «munitis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ præ-  
 «sentibus adhiberetur, et adhiberi posset, si forent exhibitæ vel  
 «ostensæ.

«Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo  
 «Piscatoris die VII mensis Junii MDCCXLVI. Pontificatus Nos-  
 «tri anno quinto.

*Cajetanus Amalus.*»

Has porro Nos Literas in forma Brevis tunc datas<sup>Confirmatio ea-</sup>  
 iterum præsentibus Nostris confirmamus, et roboramus,<sup>rumdem Litera-</sup>  
 easque ab omnibus et singulis fideliter, exacteque ob-<sup>rum.</sup>  
 servari injungimus, atque præcipimus.

Statuentes insuper, ac decernentes, ut quicumque<sup>Et pœnæ in do-</sup>  
 cujusvis status, gradus, conditionis, dignitatis et ordi-<sup>centes oppositum,</sup>  
 nis, etiam speciali, et individua, ad effectum, ut hisce<sup>contradicentes,</sup>  
 Nostris præsentibus comprehendatur, mentione et ex-<sup>male intepretan-</sup>  
 pressionē digni, ausus in posterum fuerit docere lici-<sup>tes.</sup>  
 tam esse hujusmodi praxim, prout ea in relato Nostro  
 Brevi exponitur, ac reprobari, vel scribere, aut loqui  
 præsumpserit in ejusdem damnatæ praxis defensionem;  
 vel ea quæ in dicto Brevi contra eamdem praxim decreta



sunt, impugnare, aut in alienos sensus temere detorque-  
 quere, seu interpretari, incidat ipso facto in excommu-  
 nicationem, a qua non possit, præterquam in articulo  
 mortis, ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente  
 vel auctoritate suffulto, nisi a Nobis, vel pro tempore  
 existente Romano Pontifice, absolvi.

Et in confessa-  
 rios contrafacien-  
 tes.

Et quia non modo cavendum est, ut, quæ sunt a No-  
 bis in præinsertis Literis decreta, ab omni impugna-  
 tione, contradictione, pravaque interpretacione salva  
 sint, et immunia, verum etiam ne quis in Sacramenti  
 Pœnitentiæ administratione ab eorum omnimoda obser-  
 vantia unquam recedat; idcirco omnibus et singulis  
 confessariis utriusque Cleri tam Sæcularis quam Re-  
 gularis, quantumvis exempti, et quacumque speciali  
 et expressa mentione alias fortasse nominandi, gra-  
 viter et districte, divini interminatione iudicii, atque  
 in virtute sanctæ obedientiæ, prohibemus, ne, con-  
 formiter ad prædictam reprobata[m] praxim, pœnitentes,  
 qui peccatum seu crimen aliquod, cujus socium, aut  
 socios habuerint, ipsis in Tribunali Pœnitentiæ confi-  
 teantur, interrogare præsumant de nomine socii, seu  
 complicitis, loco habitationis, vel aliis hujusmodi adjunctis,  
 sive circumstantiis, expressionem magisque indi-  
 viduam ejusdem complicitis manifestationem concernen-  
 tibus; eidem pœnitenti, si manifestare renuerit, sacra-  
 mentalem absolutionem denegando, alioquin noverint  
 sese, ultra peccati lethalis incursum, suspensioni ab  
 officio audiendarum confessionum, aliisque etiam gra-  
 vioribus pœnis fore subjiciendos.

Ordo proceden-  
 di contra dictos  
 delinquentes.

Præterea quoniam contra damnatum hujusmodi exi-  
 tialem abusum, . . . . . necesse duximus  
 modum ac formam etiam in foro externo procedendi,  
 et ultrices adversus reos pœnas imponendi, statuere, at-  
 que ordinare, . . . . . decernimus, ac  
 declaramus quod docentes, ut supra, licitam esse pra-  
 xim a Nobis jam reprobata[m], vel in ejusdem praxis  
 defensionem scribentes, aut loquentes, vel ejusdem re-  
 probationem in memorato Nostro Brevi contentam im-  
 pugnantes, aut perverse interpretantes, in Officio Sanctæ  
 Inquisitionis . . . . . severe puniantur, et contra eos  
 . . . . . in eodem Officio procedatur, non minus ac contra  
 illos ibidem procedi solet, qui asserunt, tradunt, tuentur

Tam docentes,  
 contradicentes,  
 male interpretan-  
 tes.



opiniones scandalosas, perniciosas, et uti tales a Sede Apostolica rejectas et condemnatas.

Similiter . . . procedi volumus ac statuimus contra confessarios quoque, ut supra, delinquentes, ac de nomine complicitis pœnitentem interrogantes, eidemque pœnitenti, nisi illud sibi manifestet, absolutionem denegantes; dummodo tamen hujusmodi interrogandi, ac denegandi actus talibus circumstantiis conjunctus sit, ac convestitus, quæ sic agentem confessarium de adhæsione ad prædictam reprobata[m] praxim, tamquam ad licitam, vel alio quovis modo de prava credulitate suspectum reddant.

Itaque contra prædictos omnes. . . . Inquisitores. . . . prout in causis fidei, . . . diligenter inquirant et procedant. . . .

Quicumque vero alium quemlibet aliquo ex supra dictis modis deliquisse cognoverint, eum . . . denunciare teneantur. . . . Verumtamen ab hujusmodi onere denunciandi . . . eximimus personam ipsam pœnitentem dumtaxat in causa propria, id est in casu quod suum peccatum confitens, a confessario adigatur ad sibi manifestandum nomen complicitis in eodem peccato: tunc enim pœnitentem hujusmodi ab obligatione eundem confessarium denunciandi liberamus. Sed quando aliunde, quam ex propria, ut dictum est, confessione, noverit confessarium aliquo ex superius enumeratis . . . modis deliquisse, tunc eum et ipse denunciare ex ista aliunde habita notitia teneatur.

Quod si confessarii de complicitis nomine perperam interrogantis, absolutionemque, ni sibi detegatur, denegantis actum contingat ejusmodi esse ut, quamvis imprudens, et malus, simplex tamen quidam, et nudus actus fuerit, id est iis circumstantiis destitutus, quæ de prava credulitate, vel de mala adhæsione ad praxim in sæpe dicto Nostro Brevis reprobata[m], tamquam, ad licitam, eundem confessarium suspectum reddat, tunc istiusmodi delictum, neque denunciationis oneri, neque Sancti Officii prædicti cognitioni subjectam erit, sed de illo cognoscere, atque in delinquentem confessarium, per suspensionem ab audiendis confessionibus, vel alias canonicas, et legitimas pœnas pro delicti modo animadvertere, ad locorum Ordinarios in sua cujusque Diœ-

Quam confessarii contrafacientes cum suspitione pravi dogmatis.

In Officio Inquisitionis judicandi et puniendi.

Et idem facientes denunciandi.

Confessarii vero contrafacientes absque dicta suspitione, judicandi et puniendi erunt ab Ordinariis.



cesi omnino spectabit.

Datum . . . . . quarto Nonas Junii 1746. . . (I).

La Constitucion APOSTOLICI MINISTERII, modificando la UBI PRIMUM que disponia, como se ve, que el confesor delincuente en la materia sobre que versan ambas, quedaba sujeto al Tribunal de la Inquisicion en el caso de ser sospechoso de mala doctrina, y al del Ordinario en el caso de obrar solo por imprudencia, y no por adhesion á la perniciosa práctica de que se habla, manda, haciendo desaparecer esta diferencia de procedimiento, que dicho confesor sea denunciado en todo caso al Tribunal de la Inquisicion, al cual queda sujeto por el hecho. Asi se dispone en el párrafo 7.º que á continuacion se pone, y que es el unico estrictamente necesario al objeto.

Es excusado advertir que donde está suprimido el Tribunal de la Inquisicion, todas las causas, cuyo conocimiento le correspondia, pertenecen al respectivo Ordinario.

Exceptis pœnitentibus in causa propria, omnibusque in præmissis delinquentes, Officio Inquisitionis denunciant. §, 7. In primis itaque, exceptis dumtaxat personis pœnitentium in causa propria, ut supra declaratum est, quas quidem justis ex causis ab omni denunciationis onere eximimus, et pro exemptis in tali casu semper haberi decernimus, omnibus et singulis, qui Sacerdotem aliquem, sive sæcularem sive regularem, quocumque alio modo, præterquam ex ipsa confessione a semetipsis apud eum peracta, cognoverint in administrando Pœnitentiæ Sacramento interrogasse pœnitentem de nomine complicitis, eidemque indicare recusanti absolutionem denegasse, sive id fecisse intellexerint propter adhæSIONem prædictæ reprobatae praxi, aliave de causa erroneæ opinionis suspicionis ingerente, sive id etiam per imprudentiam egisse, et per actum præfatis destitutum circumstantiis, prop-

(I) Contra la erronea opinion de los que decian que esta Constitucion y la «Suprema» que en ella se contiene, fueron dadas para los dominios de Portugal solamente, dió Benedicto XIV en 28 de Setiembre de 1746, otra que empieza *Ad eradicandum*, por la cual confirma dichas Constituciones, declarando á la vez que la perniciosa práctica de que en ellas se habla, en si misma, y en todo tiempo y lugar debe tenerse por reprobada y condenada por autoridad Apostolica, y que por lo mismo las expresadas Constituciones obligan en todo el mundo.



ter quas, juxta præcedentem Constitutionem Nostram, prædicto Inquisitionis Officio esset denunciandus, et quibus deficientibus, juxta ipsius Constitutionis tenorem, ejus delicti cognitio ad Ordinarii Tribunal spectare debuisset, injungimus et mandamus, atque in virtute sanctæ obedientiæ, sub eisdem pœnis, quibus ad debitas aliorum delictorum denunciations adstringuntur, præcipimus et jubemur, ut hujusmodi confessarium quocumque modo in præmissis delinquentem sæpe dicto Sanctæ Inquisitionis Officio . . . omnino deferant, et denuncient.

## DECRETUM GENERALE

Sacra Rituum Congregatio expendens Processus sive Ordinaria sive Apostolica auctoritate pro Servorum Dei Beatificatione et Canonizatione extra Urbem confectos gravem quandoque irregularitatem adnotare debuit in eo sitam, quod personis certum officium in processu instruendo gerentibus, postquam illo fungi coeperunt, venia data fuerit, perdurante adhuc sive Ordinaria sive etiam Apostolica ejusdem Causae inquisitione, officio primo dimisso, aliud diversae indolis assumendi et exercendi. Haec autem officiorum permutatio cum Juris regulis minime consona videatur, eadem Sacra Congregatio in Ordinariis huius diei Comitibus ad Vaticanum habitis ad prædictum removendum ab usum et suspensionem quamlibet etiam levem in re tam gravis momenti prorsus eliminandam, *censuit prohibendum, si SSmo placuerit, ne deinceps in condendis quibusvis Processibus tam Ordinariis, quam Apostolicis, ad eisdem Servi Dei Causam pertinentibus, eadem persona diversis officiis ne successive quidem, utcumque priori expleto et dimisso, fungi possit sub pœna nullitatis.* Die 10 Decembris 1870.

Factaque de præmissis per me subscriptum Secretarium SSmo Domino Nostro Pio Papæ IX. fideli relatione, Sanctitas Sua præfatam Sacræ Congregationis decisionem ratam habuit et confirmavit, eamque præsentibus generali Decreto promulgavit et ab omnibus servari mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 22 ejusdem Mensis et Anni

C. EPISCOPUS OSTIEN. ET VELITERN. CARD. PATRIZI S. R. C. PRAEF.

Loco † Signi

D. Bartolini S. R. C. Secretarius.

## TRIBUNAL ECLESIASTICO

### DEL OBISPADO DE OSMA.

Hay varias personas, entre ellas algunos Párrocos, que ignorando, ó no entendiendo lo que se halla determinado en la tarifa del importe de las dispensas matrimoniales, y en la Instruccion para formar los expedientes de preces á Roma, dada con arreglo á la



práctica, desde tiempo antiguo establecida en esta Diócesis y conforme á lo dispuesto por el Derecho Canónico, y publicada en el BOLETIN ECLESIASTICO de este Obispado de 1.º de Enero de 1863, se estrañan al ver la diferencia del importe entre dispensas de unos mismos grados, y tal vez no falta quien, en su ignorancia, por no decir malicia, atribuye estas diferencias al Tribunal eclesiástico, y acaso á que este pueda tener alguna utilidad en que las dispensas importen mas ó menos, atreviéndose á propalar la injuriosa especie de que las dispensas se ajustan como una mercancía. En vista de esto parece necesario vindicar la honra del Tribunal, cuyos dependientes, así en este como en todos los demás asuntos de su incumbencia, se conducen con la mas estricta legalidad, dando un mentis á las malévolas insinuaciones de ciertos críticos, tan maliciosos como ignorantes.

No se trata de las dispensas que se piden en la forma ordinaria por parentescos de cognacion espiritual, ó de consanguinidad ó afinidad, cuyos grados sean desde el 4.º igual hasta el 2.º con 3.º inclusive, pues todas estas se hallan sujetas á la tarifa, y en todos los casos en que son unos mismos los parentescos, cuya dispensa se solicita el importe es exactamente igual segun está consignado en dicha tarifa para cada grado, aunque en el 2.º con 3.º de consanguinidad ó afinidad varía segun que la causa alegada sea de las llamadas primeras ó segundas. Pero tratandose de 2.º grado igual de consanguinidad ó afinidad, ó de cualquier otro grado mas próximo, por mas que en la tarifa haya señalada cantidad de su importe, téngase presente que este no es fijo, puesto que la cantidad señalada es para los que sean absolutamente pobres, debiendo crecer los gastos para los que tengan bienes á proporción de la renta de estos. De aqui la razon por qué en estos casos es indispensable hacer informacion de bienes al tenor de lo mandado por el Papa Urbano VIII, pues á las preces hay que acompañar precisamente atestado en que conste el producto líquido anual, *deductis expensis et ære alieno*, de los bienes de los oradores y de sus padres, en cuya vista, y teniendo en consideracion el grado ó grados de parentesco, cuya dispensa se solicita, la Dataría Apostólica hace la componenda, y señala la cantidad que se ha de satisfacer en Roma por las diligencias de la dispensa. De lo dicho resulta que el Tribunal Eclesiástico no hace mas que transmitir á la Dataría el resultado de la informacion de bienes por medio del atestado, sin que tenga parte alguna en el señalamiento de la cantidad que importa la dispensa; y por consiguiente que el atribuir al Tribunal la diferencia del importe entre unas y otras dispensas, y suponer que se hacen ajustes acerca de la can-



tividad que por cada una ha de satisfacerse, es lo primero efecto de una crasa ignorancia, y lo segundo quizás de perversa malignidad.

Para mas clara inteligencia de esta materia conviene advertir que en los casos de que se trata, por lo mismo que no se sabe el importe de la dispensa hasta que viene el Breve de Roma, los interesados ofrecen depositar una cantidad, que en vista de las informaciones el Tribunal admite, ó la aumenta, con arreglo á lo prevenido en la Instruccion; pero el depósito de dicha cantidad, como la misma palabra lo indica, no es el importe, sino la garantía que se dá á la Agencia de Preces para la debida seguridad de esta oficina, la cual, una vez elevadas las Preces, es responsable del importe de las mismas que en Roma señalen, y de todos los demás gastos; y si todas estas sumas ascienden á una cantidad, menor que la depositada, el remanente se devuelve á los interesados; pero si es mayor, tienen estos que abonar lo que falte, entregando al agente *el recargo* ó sea la diferencia que haya entre la cantidad depositada al embancar la dispensa y el mayor importe señalado á esta en la Dataría Apostólica. De todo esto pueden los interesados enterarse en cada caso particular, ú otras personas por ellos, dirigiéndose al Agente de Preces de la Diócesis, el cual dará toda clase de explicaciones á quien las pida, y les manifestará las listas de Roma, en las cuales vienen expresadas las cantidades respectivas.

Lo dicho acerca de las dispensas en que por la proximidad de los grados, es preciso acompañar á las preces el atestado de bienes, tiene exacta aplicacion á las de los grados mas remotos, cuando las dispensas se solicitan *in forma pauperum*, ó sea con rebaja de los derechos de tarifa.

No concluiremos sin advertir que, si bien subsiste la tarifa para los parentescos desde el 4.º hasta el 2.º con 3.º inclusive, no sucede lo mismo respecto al 2.º igual y los otros mas proximos; pues en estos, segun venimos observando hace mucho tiempo, el importe de los gastos es mucho menor, aun en los casos en que los oradores tienen bienes, que el señalado en la tarifa para los que son absolutamente pobres; lo cual sin duda es debido á una especial benignidad de la Santa Sede.

Lo que hemos creido conveniente publicar para conocimiento é instruccion de los Párrocos y demás encargados de la cura de almas, los cuales á su vez instruirán á todos los que hayan de acudir al Tribunal para entablar expedientes de dispensas.

Burgo de Osma 20 de Mayo de 1872.

*Mariano Olmedo.*



## DIVISION DEL PROTESTANTISMO.

Hace formar una idea aproximada del fraccionamiento indefinido del protestantismo, que enerva sus fuerzas, y ha de ser causa de su muerte inevitable, como la de todas las herejías, la siguiente enumeración de las principales sectas que bullen, se agitan y recíprocamente se hostilizan en su seno.

Las doctrinas que constituyen sus símbolos se reflejan en los nombres sobrado ridiculos con que dichas sectas se apellidan. He-los aquí: anglicanos, colegianos, hacientes, lagrusiantes, indiferentes, multiplicantes, bramantes, cuákeros, shakeros, sumpers, gro-anners, metodistas, Wesleyanos, Wifeldianos, milenarios, adamistas, racionalistas, generacionistas, sonthestistas, anabaptistas, adiaforistas, entusiastas, pneumáticos, brownistas, interimitas, menonites, hervoristas, calvinistas, bautistas, lutero-bautistas, universales-bautistas, me-nicenarios, sabbaritanos, puritanos, armenios, socinianos, zuinglianos, calonio-zuinglianos, osiandrianos, lutero-osandrianos, stanerinia-nos, presbiterianos, anti-presbiterianos, lutero-zuinglianos, syneri-tinianos, synergianos, ubiquistianos, pietistianos, bonakerianos, versechorianos, latitudinarios, cesederianos, cameronianos, flisteos, mariscalisnos, opkinsinianenses, necesarianos, edivarianos, priestlia-nos, relefcedrianos, burgerienses, antiburgerienses, beneanianos, ambrosianos, moravios, monasterianos, antimonienenses, anomernios, munsterianos, mamilarios, clancularios, grubenharios, staberios, ba-cularios, nuperales, sangunarios, confesonarios, trinitarios, anti-trinitarios, convulsionarios, anti-convulsonarios, impecabies, alegri-nes, asperones, taciturnas, demoniacos, llorones, libres, concubi-no,s aspostólicos, espirituales, ollereros, pastoricidas, conformistas, no-conformistas, episcopales, místicos, concienzudos, socialistas, puseis-tas, unionistas: total 110.

(Extracto de la obra inglesa: *Guía con objeto de alcanzar la ver-dad y la felicidad.*)

Que Babilonia! Por eso decía Bossuet (Historia de las variaciones de los protestantes): «La verdad no varía: el protestantismo varía; luego el protestantismo no es la verdad!»